

CARMEN GRATULATORIVM
DE

SALVO OPTA-
TOQVE ILLVSTRIS-
S: AC CHRISTIANISS:

PRINCIPIS AC DOMINI DOMI-
ni CHRISTIANI principis Anhaltini,
comitis Ascaniæ & Domini Seruestæ ac
Bernburgi &c. Domini sui Clementis:
ex Gallijs reditu ac pridie Calend:
Augusti in urbem Heidelber-
gam ingressu

*Humiliationis & debite obseruantie
ergò scriptum*

A

IOHANNE GESENO DES-
SAVIENSI. A.



HEIDELBERGAE,
Typis Abrahami Snesmanni.
c1o. 1o. xcii.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Partial view of text on the right-hand page, including decorative initials and words such as "Fa", "Qu", "Pa", "Vn", "It", "Os", "No", "Ne", "In", "Or".





E*N*redit *Ascania* flos *Illustrissimus* heros
Stirpis, de *Christi* nomine nomen habens.
En redit, ac *dubij* post *saua* pericula *Martis*
Myrtorum *Montis* mania clara subit.

Fama vaga antè volans totam mox occupat urbem,

Lata ferens magnum non procul esse ducem:

Qui tulit auxilium (sic *dij* voluere) potenti

Gallorum regi voce, cohorte, manu.

Parua mora est: equites numerans de turribus altis

Signa dat, inflando cornua rauca vigil.

Vndiq; conueniunt: resonat clamoribus ether:

Terra gemit crebris passibus atq; tremit.

It studiosa *Phalanx* effusa patentibus omnis

Portis, officij nec memor esse potest.

Os ut *Anhaldinum* spectet per compita, plebem

Vix capiente loco, turba agitata ruit

Non aliter saltus, benè olentia prataq; naetas

Per thyma, vere nouo, summa videmus apes

Nemo queri auditur, catu elidente, nec audet:

Omnibus est pariter sub *Ioue* dulce premi.

Ascensu superant *edis* fastigia summa

Vixq; capit pulcras tota fenestra nurus.

Ingreditur tandem procerum comitante corona

Insigni princeps conspiciendus equo.

Magnanimus forma quos vincit, ut *Hesperus* *Aram*

Se diuûm prodens moribus esse genus;

Ordine qui longo enumerantur ab *Ascane* *prisco*

Vsq; fuisse *pj* magnanimiq; duces;

Laus quorum nullum est unquam moritura per auum,
Laus quorum Solis pulsat utramq; domum
Ventum erat ad valvas quæ principis atria pandunt,
Intrò dux dextra ducitur ipse ducis.
Ambo etate pares, insignes moribus ambo,
Ambo etiam gentis sidus honosq; sua
Hos iunctos quis dixisset par nobile fratrum
Quippè putans partus unius esse duos.
Aera iterum lituiq; sonant, it clangor ad astra
Et bombis tellus grandibus icta fremit.
Omne cibi viniq; genus reparatur abundè:
Omnis ob Ascanium gaudet in arce ducem.
O iucunda dies, niueo signanda lapillo:
Multorum ò votis sepe petita dies:
Qua Phabi Martisq; decus generisq; corona
Redditus es nobis, dux generose tui.
Cernere te cupiunt reducem ceu sanguine iuncto
Prog; salutem tua Patria vota facit.
Hic optata tui est sic cunctis copia vultus
Et mihi, qui dicar, si sinis ipse, tuus.
Cuius ego ditione satus, sumq; altus in urbe
Patria quæ tibi, habens principis Ossa patris
(Quitantus studio Virtutis, Origine quantus
Stemmatibus, attingit celsa quod astra fuit)
Ergò te salvo, defenso & turbine belli,
Nos meritò demus vota precesq; dijs,
Auspicijs quorum Casus cognoscere Martis
Fas fuit, atq; domum iamq; redire datum est:
Pars quotacumq; tui meritò letemur ouantes
Quos Iuuat aduentum quippè videre tuum.
A quo spondemus nobis leta omnia, nec iam
Est benè mens voti letitiæq; Capax.

Dulichio

Dulichio es tandem expectatior hospite, gentis
Ascanie ò ChrisTI nobile IAnæ decus.
Iam fora, iam vici, iam celsa palatia feruent,
Iam nouus in tota promicat vrbe nitor.
Letitiam ob reditum quin lucidus accipit aether
Ac Nicri solito lenius vnda fluit
Iam colit has sedes diuis Astræa relictis,
Et sacra cum pura relligione fides.
Hic Venus, hic Charites, hic est moderata Voluptas
Hic Amor omne hominum qui regit orbe genus.
Hic castæ Aonides, nec non Iouis orta cerebro,
Sceptraferaq; habitat Iuno verenda manu.
Hoc quodcunq; boni tibi nos debere fatemur
Ad nos te propter turba superna ruit.
Tu superùm curas, procerum te diligit ordo
Quos fermè circlus totius Orbis habet.
Quò tua non Virtus penetravit, cuius amore
Flagranti, nusquam est inuia visa via?
Penè puer Scythici vidisti regna Dynastæ
A Equora sulcando, quæ rate Thraces arant.
Non labor, aut imbres, non saxa alpina nec amnes
Nec tenuere tuas soluè geluè vias.
Posteà te Iuuit visum ire ad Tybridos vndas,
Plurima prisorum qui monimenta tenet.
Mœnia fraterno primùm conspersa cruore
Quæ stant, magni olim quæ caput Orbis erant.
Hinc penitus toto diuisos orbe Britanos
Accesti, æstiuo vela regente polo.
Quis tandem enumeret regionum nomina cuncta?
Mille per errasti flumina, mille vias.
Acce quid Ingenium referam argutumq; leporem
Ac studia Ingenuo principe digna satis.

Te matura senem prudentia reddidit, at qui
Vix roseas vestit paruula barba genas.
Nulla latent te Clarorum monumenta virorum,
Historia series te quoque nulla fugit
AEmulus es latij Ciceronis & amulus oris
Quod sacer erudit bis duo lustra Plato.
Vatum docte probas praecleara reperta, tibi que
In parili precio Carmen & auctor adest
Quin ipsi faciles tibi dant sua dona Camene
Nec negat aurat ampulcer Apollo Chelyn.
Cuius ope adiutus lepida testudine mulces
Aures, perque auras tristitiam ire iubes
Nil nisi magnanimo meditaris denique dignum
Principe, quod deceat quodque probetur agis.
Dux Pietas, Virtusque comes fortunaque iuncta
Certatim usque fauent & tua vota fouent.
Salue lux patria, dux augustissime, terra,
Salue iterum, aucte animi corporeisque bonis.
Sic sic (laude tua maecte) itur ad astra polorum.
Hac ratione dijs proximus esse potes.
Munere Mercurius lingua, tu Delius arte,
Mars animis, Pollux es pede, Castor equo
Sed quod progredior? laudes iuisse per omnes
Non possum: ingentes res petit ista sonos.
Conditor Aeneadum huic vel par foret ipse labori,
AEmulus Ingenij quisquis & huius erit.
Miserat erit plausum tenui testarier ore
Ob reditumque animi signa dedisse pij.
Tu cape metra precor placidoque euoluto vultu,
A me quae merito danda fuere tibi.
Vilia sunt, fateor, nil artis habentia docte:
Da veniam tempus non habuere suum

At mihi si quicquam post hac præstabitur oci.
Nec ceptis aberit præses Apollo meis.
Ania fortè auido peragrare Heliconia passu
Incipiam, atq; tuba te grauiore canam.
Quod restat, patrijs felix allabere terris
Inq; tuorum vlnas excipiendus eas.
Latitjs exultabit pia Patria, quoq; receptus
Adjiciet festis hunc quoq; Dessa diem
Tecta viæq; procul resonabunt, templaq; passim
Festino augebunt gaudia tanta sono.
Non tuba, non cithara, non tympana raûca silebunt,
Non lyra, non agili cymbala pulsa manu.
Mox & Manalia veniet Tegeæus ab umbra
Distendetq; sua fila sonora chelys.
Ipsi aduentanti applaudent tibi Rhambus Anhaldusq;
Ad numerumq; fluent Moldaq; & Albis iter.
I Patria sidus dux, sis patriæq; saluti
Laticiaq; tuis, iq; diuq; vale.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



Decorative border or text on the right edge of the page, partially visible.



A 2490

ULB Halle

3


003 485 986




sb

kom







24

CARMEN GRATULATORIVM
DE
SALVO OPTA-
TOQVE ILLVSTRIS:
AC CHRISTIANISS:
PRINCIPIS AC DOMINI DOMI-
ni CHRISTIANI principis Anhaltini,
comitis Ascaniæ & Domini Seruestæ ac
Bernburgi &c. Domini sui Clementis:
ex Gallijs reditu ac pridie Calend:
Augusti in urbem Heidelber-
gam ingressu

*Humiliationis & debitæ obseruantia
ergò scriptum*

A
IOHANNE GESENO DES-
SAVIENSI. A.



HEIDELBERGAE,
Typis Abrahami Smesmanni.
clō. 1ō. XCII.

